

1184

(No 1)

## Cerny en Laonnois.

Bibl. Imp.

Cart. de Philippe-Auguste

Coll. 9892  
3.

f. 70.

In nomine &. Philippus Dei gratia &. Noverint  
 Universi &. quod hominibus tam manentibus quam futuris  
 apud Carniacum, Chamoliam, Belnam, Chevis, Cortonam, Verso-  
 leum, Burgum et Comini, salvo jure & libertate Ecclesiarum,  
 militum et ingenitorum hominum concessimus communiam habendam  
 ad punctum et competentes Communitatis Bruerensis, videlicet  
 infra terminos predictarum villarum nullus quempiam liberum  
 vel servum pro aliquo forisfacto sine justitia capere possit. Quod  
 si justitia presens non fuerit, liceat ei sine forisfactura tam diu  
 eam tenere quod usque justitia teneat veniat vel ad justiciam  
 domum adducere et pro ut judicatum fuerit de forisfacto illo  
 satisfactionem recipere. Quod si aliquis quomodo alicui clerico  
 maliti, mercatori indigene vel extraneo injuriam fecerit, si  
 de ipsa villa fuerit is qui injuriam fecerit infra quartum diem  
 submonitus ante majorem et juratum ad justiciam veniet  
 et se de objecta culpa purget vel sicut ei judicatum fuerit  
 emendet. Si vero emendare noluerit cum omnibus qui de  
 peculiari epus familia sunt, exceptis mercenariis qui se  
 noluerunt cum ipso exire non compellentur, de potestate eiciatur,  
 nec permittatur redire quo ad usque forisfacturam digna  
 satisfactione emendaverit. Si autem infra ambitum potestatis,  
 possessiones domorum aut vinearum habuerit a Domino vel  
 a Dominis si plures fuerint in quorum districto posses-  
 siones epus sunt vel si in allodio fuerint a Domino cujus  
 allodium est, major et jurati de malefactore illo justiciam